



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Anima[m] Hozij in cælu[m] euehi. 182

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

timarum precum cunctis destitui
 sensib. cæpit; & exanimis per dies
 octo continuos iacere: nihilo ab
 sepulto diuersus, quã quod cor-
 dis leuiuscula quædam pauitatio
 deprehendebatur. Ceterum om-
 nibus in rei euentum erectis, al-
 tero deinde Sabbato, circiter
 eandem horam, recludit oculos:
 vt si placidissimo somno soluere-
 tur: & inter suauissimos affectus
 IESVM leniter appellat. Quod
 compertum nos ex iis habemus,
 qui testimonium in eam rem di-
 xerunt; quiue de præsentibus ac-
 cepere. 181 Non fuit infra hanc
 nobilis illa ostensio, de qua olim
 memorauimus: cum sacram ædi-
 culam ingresso, DEVS se Pater,
 obiecit: Christusque in humeris
 crucem gestans, blandissimè, So-
 cijs Romæ propitium fore, pro-
 misit. 182 In Casinati monte, vbi
 S. olim Benedictus vidisse prodi-

Cur animam S. Germani, inter cę-
lites euehi: vidit & I G N A T I V S
Baccalaureum Hozium cęlum
petere: qui nuper se ei Sociũ Ve-
netijs adiũxerat, ac tunc Patauij
cum Patre Ioanne Codurio cu-
rabat. 183 Pro ipso item Codurio
operaturus ibat I G N A T I V S ad
S. Petri: quod cęnobium in Pro-
montorio dictum, atque in tran-
stiberina regione situm visitur.
Iam Sixti pontem insistebat, cum
hũc vidit, quem dixi, Codurium
refulgentem in cęlum abire: &
conuersus ad Baptistam Violam,
suum tunc comitem: iam exces-
sisse Codurium, asseuerauit. Rem
mihi pòst ipse Baptista retulit,

184 Pater fuit quidam Leonar-
dus Kesselius, gente Belga, vir in
Societate veteranus, ac diuinis
impensè deditus: quem ego me-
mini Coloniae videre: in qua vr-
be, prima is posuit Collegij fun-
damentum.

da
ctu
cla
vrg
di.
co
fic
loc
nia
ta.
fic
gi
lin
fu
ab
stia
uit
vig
illi
uis
co
dit
qu
fec